

tim a locorum Ordinariis prohibi-
tum. (1)

Porro hisce documentis innite-
batur eximius theologus ut per epi-
stolas datas ad R̄mum Secretarium
S. Congregationis Indicis sub die
23 Februarii 1888, iterum percon-
taretur:

1. An ad dubium a nobis gene-
rice propositum aptari possit re-
sponsio: *Ad dubium uti proponitur,
negative*, lata a S. Congregazione
Indicis in casu particolari Epheme-
ridis, vulgo *Corriere di Crema*.

Et dummodo affirmative: utrum

(1) Nè vi potea esser difficoltà, giacchè si parla di chi ha la facoltà di leggere e ritenere libri proibiti — *in Indicem relatos* — e il Corriere di Crema non è *in Indicem relatum*. Ma se invece si parlasse di chi ha la facoltà dalla S. Sede di leggere i libri proibiti, senza farsi eccezione, allora è chiaro che tale facoltà si estende a qualunque libro proibito, anche nominatamente, dagli Ordinarii.

(2) Siccome poi qualche giornale aveva frainteso questa risposta, perciò V. R. nella sullodata dichiarazione inserita nella *Scienza e Fede*, rettificava la cosa, distinguento tra *libros in Indicem relatos*, di cui solo era cenno nel dubbio, e *libros prohibitos* in genere, facendo quindi notare che, se si parlasse di chi ha facoltà dalla S. Sede di leggere i libri proibiti senza eccezione, allora è chiaro che tale facoltà si estende a qualunque libro proibito, anche nominatamente dagli Ordinarii. Invece il Compilatore dell'appendice dell'*Acta*, senza far cenno nè della risposta già data dalla S. Congregazione dell'Indice, nè della successiva dichiarazione di V. R. sostiene senza restrizione, che la licenza della S. Sede di leggere libri proibiti non comprende quelli proibiti dai Vescovi, se non n'è fatta espressa menzione nell'Indulto. Di qui il Dubbio che io sottopongo umilmente all'autorevolestimo giudizio di V. P. Rma., cioè:

Se al dubbio: *Utrum Christi fidelibus etc. redatto com' è qui sopra, e nell' Acta ecc., in forma generica, possa e debba applicarsi la risposta: ad dubium, uti proponitur, negative; quale fu già data dalla S. C. quando lo stesso dubbio le fu presentato in forma non generica, cioè riferentesi ad una sola Diocesi (Crema), e a un fatto particolare (Il Corrierè di Crema); e in caso affermativo, se questa risposta debba interpretarsi nel senso che chi ha facoltà generale dalla S. Sede *legendi libros prohibitos* possa leggere anche i libri e giornali proibiti nelle loro Diocesi dai respectivi Ordinarii?*

Della Paternità V. Rma.
23 Febbraio 1888

N. N. Teologo, Canonico, e Profes. di Teologia
nel Seminario Vescovile.

haec responsio ita sit accipienda,
ut qui a S. Sede facultatem ge-
neralem obtinent *legendi libros pro-
hibitos* possint legere etiam libros
et ephemerides proibitas in suis
Dioecesis ab respectivis Episco-
pis? (2)

Antequam ad proposita dubia
respondeamus, praemittimus, nos
minime recedere posse a sententia
quam loc. cit. defendimus; docu-
mentis enim quae supra retulimus,
nendum illa non subvertitur, sed
confirmatur.

Atque primum observamus, ver-

borum R̄mi P. Secretarii *sine ulla
exceptione*, non illum esse sensum
quem theologus iis tribuit: hic e-
nim arbitrari videtur, verba illa
referri ad illam formulam: *Liceat
Oratori, quoad vixerit, legere ac
retinere, sub custodia tamen, ne
ad aliorum manus perveniant, li-
bros quoscumque prohibitos*, quae
habetur in facultatibus concedi so-
litis per S. Indicis Congregatio-
nem; ita ut opinetur, hanc loquendi
rationem aequipollere facultati uni-
versali legendi libros quoscumque
a quibuscumque prohibitos, atque
id R̄mum P. Secretarium innuere
voluisse; quod certe a veritate alienum est.

Etenim verba illa habentur in
quibuslibet facultatibus legendi li-
bros prohibitos quae de more et
de die in diem conceduntur: at
R̄mum P. Secretarium per illa ver-
ba insolitam et extraordinariam con-
cessionem innuere voluisse, nemo
rationabiliter negaverit; etenim sin-
minus affirmasset, per ordinarias
facultates, a S. Sede concedi li-
centiam legendi etiam libros in re-
spectivis Dioecesis ab Episcopis
prohibitos, quod alienum erat ab
eius mente, quia cum quamlibet
exceptionem excluderit, speciales
facultates innuere certe voluit plane
ab iis diversas quae, quotidie et
quibusvis potentibus conceduntur.

Quod et alio probamus argu-
mento.

Responsio enim R̄mi P. Secre-
tarii erat quaedam explanatio re-

sponsionis a S. Indicis Congrega-
tione datae ad dubium propositum.
Porro dubbio illo petebatur: an qui
pollet facultate legendi libros in
Indicem relatos, possit legere E-
phemeridem *Corriere di Crema*.
Atque responsum fuit: *Ad dubium
prout proponitur, negative*, quia,
ut inquietabat R̄mus Secretarius, e-
phemerides illae in Indicem rela-
tae non reperiebantur.

Duo ergo ex his consequuntur:

1. In dubbio actum esse de facul-
tatibus communibus, de iis scilicet
quaे omnibus conceduntur, non
de facultatibus specialibus. 2. In
facultatibus communibus non com-
prehendi licentiam legendi epheme-
rides ab Episcopo Cremensi pro-
hibitas. Ergo 3. ad libros vel epheme-
rides legendas ab Episcopis pro-
hibitas necessarias esse speciales
facultates, in quibus nulla conti-
neatur exceptio. Facultates igitur,
necessariae ad legendos libros vel
ephemerides ab Episcopis prohibi-
tas non sunt illae quae quotidie
potentibus tribuuntur, sed aliae,
pro quibus specialis petitio, et spe-
cialis concessio necessaria est; at-
que hae prorsus sunt quas R̄mus
Secretarius innuere voluit, ut quis
tuto legere possit libros scriptaque
quaecumque etiam ab Episcopis pro-
respectivis Dioecesis proscripta.

Id demum et ex voto Theologi,
cui commissum fuit quaestionem
illam dirimere, et ex S. Congre-
gationis Indicis sententia defini-
mus.

Certum enim videri cuilibet debet, Rmum P. Secretarium ad unguem adhaesisse iis quae in Congregatione decreta fuere; porro ea in Congregatione quae habita fuit die 3 Februarii 1879 probatum fuit votum Theologi.

At Theologus ille, vir de cetero prudentia et scientia conspicuus, postquam edisserisset, in dubio proposito non comprehendi libros vel ephemerides ab Episcopis proscriptas, subdit: « Si ageretur de facultate, qua permitteretur legitio etiam librorum ab Episcopis proscriptorum; aut per verba nullis circumscripta limitibus et absoluenda, concederetur alicui licentia legendi et retinendi universos libros quomodocumque prohibitos, quae in rationabiliter dubitari non posset quin facultas illa extenderetur ad libros etiam ab Episcopis prohibitos. » (1)

Duo ergo praeclarissimus consultor proposuerat ad dignoscendum utrum concessae facultates extenderentur etiam ad libros ab Episcopis prohibitos; vel expressam mentionem illius specialis concessionis; vel talem loquendi formulam, nullis scilicet limitibus circumscriptam, ex qua quis dignoscere posset, in concessis facultatibus nullum librum excludi quomodocumque prohibitum.

(1) Se si trattasse di una facoltà coa cui si permettesse la lettura anche dei libri proscritti dai Vescovi, o si accordasse in termini illimitati, generali ed assoluti, di leggere e ritener tutti i libri proibiti di ogni maniera, non potrebbe promoversi dubbio alcuno sulla estensione per i libri condannati eziandio dai Vescovi.

Atqui his certe adhaesit, atque adhaerere debuit Rmūs Indicis Secretarius; qua de causa per verba sine exceptione aliqua (senza farsi eccezione) sententiam illam consultoris exprimere atque referre voluit. Ergo Rmūs Secretarius de specialibus omnino facultatibus locutus est.

Exinde sequitur, eum per illa verba, senza farsi eccezione non respexisse ad communem illam formulam: liceat oratori legere et retinere libros quoscumque prohibitos, quae in quibuslibet facultatibus legitur, sed ad aliam quae aliis esset verbis conficienda, si in ea datur facultas legendi etiam libros ab Episcopis prohibitos; quae de cetero facultas nulli concederetur nisi expressis verbis in suppicio libello peteretur.

Hisce praemissis patere arbitramur ad proposita dubia responsio.

Ad 1. enim respondendum est: *Affirmative*; responsum scilicet S. Congregationis Indicis: *Ad dubium, uti proponitur, negative*, aptari debere ad dubium propositum; quia cum facultas concessa, de qua in dubio, sit prorsus communis, non potest comprehendere facultatem legendi libros et ephemerides ab Episcopis in suis Dioecesis proscriptas: pro his enim requiritur aut facultas specialis, quae

scilicet, expressis verbis contineat licentiam legendi libros etiam ab episcopis prohibitos, aut talibus concepta verbis, quae nullam restrictionem, vel exceptionem patiantur, quod in idem recidit. Consequenter:

Ad 2. Dubium respondendum negative, si facultas illa generalis contineatur communi formula, quam supra retulimus; affirmative si aliis sit verbis concepta, quae quamlibet limitationem aut exceptionem excludant. Ex. gr. liceat oratori legere et retinere libros quomodolibet aut a quibuscumque prohibitos. Sententia igitur, quam nos propugnavimus, plane conformis reperitur tum declarationi latea per sacram Congregationem Indicis, tum epistolae Rmī P. Secretarii, ita ut piaculum putemus ab ea recedere.

ADDITIO AD FINEM APPEND. XXXII

Tom. 2. pag. 53-60.

Hac in Appendice absolvimus commentaria in excommunicationes Episcopis reservatas.

Porro animadvertere oblii suimus quod ab eiusmodi excommunicationibus Urbis Confessarii possunt in Urbe eiusque territorio poenitentes absolvere.

De re decretum Supremae Inquisitionis habemus in *Actis S. Sedis Tom. IX. pag. 61.*

DECRETUM

« Cum nuper inter Theologos Urbis exorta fuerit quaestio, utrum scilicet reservatio casuum facta Episcopis, seu locorum Ordinariis a Constitutione Apostolicae Sedis moderationi die 12 Octobris 1869 comprehendat etiam Cardinalem Urbis Vicarium pro tempore, ita ut Confessarii teneantur facultatem ab ipso obtinere pro validitate absolutionis, quamvis hactenus in usu fuerit iurisdictionem memoratis Confessariis haud cohibere quoad casus a iure Episcopis et Ordinariis locorum reservatos, Emus, ac Rmūs Cardinalis Constantinus Patrizi modernus Urbis Vicarius pro sua spectata prudentia litteris diei 15 Octobris labentis anni, expositis hinc inde eorumdem Theologorum opinionibus cum rationum momentis, quibus innituntur, eiusmodi controversiam examinandam proposuit S. Congregationi Supermae Inquisitionis, hac rogationis formula.

» An in vim Constitutionis Apostolicae Sedis moderationi die 12 Octobris 1869 Confessarii Urbis speciali facultate Rmī Urbis Vicarii indigeant ut absolvant a censuris quae in dicta Constitutione Episcopis seu locorum Ordinariis reservantur? »

Feria IV die 1 Decembris 1875.

« In Congregatione generali S. Romanae et Universalis Inquisitionis

» habita coram Eñis ac Rñis DD. S.
» R. E. Cardinalibus Inquisitoribus,
» proposito suprascripto dubio, et
» praehabito voto DD. Consultorum,
» iudicem Eñi ac Rñi DD. dixerunt:
» Ad R. P. D. Adsessorem cum
» SSmo, ut attentis omnibus decla-
» rare dignetur posse servari so-
» litum. »

Eadem die ac Feria

« SSmus D. N. D. Pius Divina
» Providentia PP. IX in solita au-
» dientia R. P. D. Adsessori imper-
» tita, audita relatione, ut supra,
» suffragia DD. Eminentissimorum
» adprobare dignatus est. »

S. Pelami Rom. et univ. Inqui-
sitionis Notarius.

Loco ✠ Signi.

EMENDATIO INSTITUENDA
IN ADDITIONE AD APPEND. XI.

Tom. II, pag. 607.

Hoc in loco retulimus Epistolam

Romae mense Iunio 1888.

Eñi Card. Monaco, qua Episcopos
monebat quod formula *non expedi-
re* adhibita a S. Poenitentiaria re-
late ad suffragium ferendum in po-
liticis electionibus, aequipolleret
prohibitioni, prout a Suprema In-
quisitione declaratum fuerat.

Commentarium nostrum in illam
Epistolam, a legitima Ecclesiae au-
toritate reprehensum et ideo re-
probatum fuit, utpote menti S. Se-
dis haud respondens; ideoque nos
pariter lubenti animo, dictum Com-
mentarium penitus reprobamus.

Atque eiusmodi documento hisce
emendationibus et Commentariis
nostris ad unicam Dei gloriam fi-
nem imponimus.

Benevolos lectores nostros autem
humiliter et enixis precibus ro-
gamus, ut si quid minus veritati
conforme in eis scriptum reperiant,
nos pro sua animi humanitate mo-
nere dignentur.

INDEX ANALYTICUS

TOMI II.

PARS III.

EXCOMMUNICATIONES LATAE SENTENTIAE EPISCOPIS SIVE ORDINARIIS RESERVATAE

APPENDIX XXXI.

*De excommunicatione lata in Cle-
ricos in sacris constitutos, vel
Regulares aut Moniales post vo-
tum solemne castitatis matrimo-
nium contrahere praesumentes.*

- | | |
|--|--------|
| Textus Capitis. | pag. 5 |
| Differentiae inter excommuni-
cationes Episcopis de iure communi-
reservatas et eas quae de iure
particulari eis reservatae sunt .. | 5 |
| Constitutio Clementis V in Con-
cilio Viennensi | 6 |
| Conditiones requisitae ad incur-
rendam hanc excommunicationem. 7 | |
| Excommunicationem non con-
trahunt Clerici invalide ordinati,
et Religiosi si eorum professio nulla
fuerit. | 8 |
| Et neque si cum impubere con-
trahant. | 9 |

An incurant excommunicatio-
nem Clerici vel Religiosi qui ma-
trimonium nullum contrahunt ex
alio capite, ex. gr. consanguinitatis
etc..... pag. 10

Illam certe incurunt, quamvis
matrimonium civile contrahere pree-
sumant in locis ubi lex Tridentina
de Clandestinitate viget..... 21

Variae quaestiones 23

APPENDIX XXXII.

*De Excommunicatione illata in
procurantes abortum effectu se-
quuto.*

- | | |
|--|----|
| Textus Constitutionis Pianae. 27 | |
| Constitutio Xisti Papae V... 27 | |
| Collatio Piani Capitis cum Xisti
Constitutione. | 33 |
| Definitio abortus 34 | |
| Qui sint procurantes abortum. 34 | |
| An mandantes hanc incurant
excommunicationem?..... 36 | |
| An mulier praegnans?..... 39 | |
| Conditiones necessariae ad excom-
municationem incurrandam ... 45 | |